Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26236
Copyright: Admont, Benediktinerstift

que uidentur sufficientibus explicanda.
et corporea ab incorporea natura subti
li quadam consideratione discernenda proponit.
Sed illa quoque que de sacramentis redempti
onis nostre in natiuitate. passione. resur
rectione. et ascensione saluatoris nostri.
mundo iam manifestata sunt. omnibus ab in
itio [+ mundi] iustis et fidelibus tam minoribus quam
maioribus eadem cognitione patuisse uen
tura qua a nobis nunc cognoscuntur preterita.
Alioquin non uereor dicere contra fidem horum om
nium fuisse qui ista non agnouerit. Ista autem
omnia que in sacramento nostre redempti
onis completa sunt. eos et credidisse et agnouisse
non solum hac ratione esse putant. quia quemad
modum nos modo ad illam redemptionem non
pertinemus. nisi hec omnia iam facta agnosce
remus et agnita crederemus. sic quidem et illi per
hec saluati non fuissent. nisi hec omnia fa
cienda agnouissent et agnita credidissent.
uerum etiam quia aliquotiens scripture testantur
nullum ab initio sine fide christi esse saluatum.
et beatus augustinus de hoc ipso loquens
sic ait. Eadem fides mediatoris saluos
iustos faciebat antiquos pusillos cum
magnis. non uetus testamentum quod in seruitu
tem generat. non lex que non sic est data ut posset
uiuificare. sed gratia dei per ihesum christum ∴ [quod sicut nos credimus] in carne
uenisse. sic illi uenturum. sicut nos mor
tuum ita illi moriturum. sicut nos surrexis

se. ita resurrecturum. et nos et illi ad iudi
cium uenturum uiuorum et mortuorum. Hec
autem si uera sunt sicut ab illis estimantur: et
sicut appositis auctoritatibus affirmari ui
detur: fuit antiquis temporibus aut perrara salus.
aut nimium numerosa perfectio. Quorum quidem
quodlibet sane discretionis terminos excedere est.
Quod si uidetur tolerabilius immo et condo
dignius iudicatur replesse potius et ditatas
se scilicet illa multitudine perfectorum quam
saluandorum tanta fuisse paucitate con
tentum. quatenus et salui non pauci tunc fierent
et omnes nichilominus repleti spiritu prophetico.
nec dum reuelata misteria iam tunc penetra
rent. si unquam hoc recipitur. Benedicimus
deum quidem in donis suis. sed quod tempori gratie re
seruatum sit non uidemus. nec quod tempus
gratie illud potius iuxta sententiam hanc
fuerit appellandum in quo tot et tante dei
populo (?) diuitie spiritus affluebant. ut illud
prorsus incredibili felicitate cerneret im
pletum quod moyses optabat cum diceret. Quis
dabit ut omnes prophetent. Queso quid simi
le attulit euangelium. Frustra gloriatur paulus
de primitiis spiritus. qui se putat se cum sociis suis
coapostolis accepisse. cum nil tale in diebus suis
potuerit experiri. Denique aiebat. Nunquid
omnes prophete. Frustra inquam gloriatur de
euangelio suo quia non ab homine neque per
hominem illud accepit. sed quasi speciali quadam

[margin, beside "ab initio" in the first column: + mundi]
[margin, beside "completa sunt": / probare]
[margin, beside "per ihesum christum": ∴ quod sicut nos credimus]